

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Nuclei evangelici pars festivalis**

**Trautmann, Samuel**

**Wittebergae, 1664**

Oraculum sacrum XXX.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

Esu! wenn ich bin tod/so bist du doch mein  
Leben:

Esu! wenn mein Fuß wackelt/ so leitest du  
mich eben:

Jesus! wenn Zweifel künmt/ so ist  
doch dein Wort wahr/  
Nimm allen Zweifel weg/ und bleib  
et immerdar.

Ex v. 8. & 9.

*eadem Patris, Natig, essentia & indē,  
Qui Natum ternit, cernit & ille Patrem.*

## ORACULUM SACRUM. XXX

*Job. X. 30.*

TEXTUS GRÆCUS SACER:

*Εγώ καὶ ὁ πατήρ ἐν ἑομέν.*

*Versio Vulgata:*

ego & Pater unum sumus.

LUTHERUS.

Ich und der Vater seynd eins:

N O T Æ.

i. Celeberrimum hoc Salvatoris oraculum  
ravisimè conspirat cum præcedaneo Johanneo

S

neoj

néo, ubi D. Johannes Christum disertè vocat, Filium DEi. Heic verò Christus ipse monstrat, quomodo sit Filius DEi, nimirum non per *adoptionem* seu adoptionem, nec per *quasi* seu similitudinem aliquam cum DEo, sed per *quod* seu unitatem essentia, ut sit unum cum DEo Patre. Hinc ex collatione horum duorum locorum ita colligimus: Quicumq; ita est Filius DEi, ut unum sit cum DEo Patre, illum filium oportet genitum esse ex essentia DEi Patris.

At de Christo verum prius teste h. I. D. Johanne.

E. & posterius. *contra Socinianos, Christum Filium DEi ab aeterno à patre genitum, negantes.* Vid. Cateches. Racov. Instit. Ostrodi, Volckel. de Vera Relig. Smalc. Refut. Novor. Monit. Crellius de uno Deo Patre &c.

2. Christus & Pater unum sunt, non tantum unitate voluntatis & potentia; sed etiam unitate essentia. Unitas enim voluntatis & potentia unitatem essentia non excludit, sed præsупponit, *contra Arianos & Socinianos, hunc locum tantum de unitate voluntatis & potentia exponentes.* His succurrunt ARMINIANI, & cum primis M. Nicolai, qui Method. de Trinit. Theol. 16. classicum hoc dictum sibi objicit: Et quamvis

is respondeat: Christus & Pater unum sunt  
 sententiâ, tamen mox adjicit: Etiam cum  
 delibus unum est. Joh. XVII. 11. nec eandem  
 numerò essentiam inde colligimus. Fideles  
 Eo, sed J. T. unum cor & anima, Act. IV. 32. Porro est  
 it sit unum, inquit, cum patre imperiò, nomine,  
 one hōpere, cultu. Theol. 17. & 18. etiam essentiâ,  
 Quicquamvis modus lateat. mox Prothei more se  
 Deo præstans, hunc locum tantum de unitate poten-  
 ex essentia explicat, ita disserens: *Locus Job. X. de uno  
 i potestate defendendi oves loquitur, ut contextu  
 ocet.* Hæc M. Nicolai. Nec multum diver-  
 is it CALVINUS, hæc verba tantum de unitate  
 onsentiam exponens, dum super h. l. ita scribit:  
*hæc sunt hoc loco veteres, ut probarent Christum  
 se Patri quosonov. Neq; enim Christus de UNIT-  
 ATE substantie disputat, sed de CONSENSU  
 vem cum Patre habet, quicquid scilicet geritur  
 Christo Patris virtute confirmatum iri.* Ve-  
 um hanc Calviniglosam textus *ovvâ* *Qeica* satis  
 efellit. Nam Christus non dicit: Ego & Pa-  
 ter unum sentimus, aut unum volumus, sed *29  
 ovvev* UNUM SUMUS, nimirum essentiâ, &  
 videm numerò unâ, quam demonstrat una  
 ademq; numerò potentia. Vide vers. 28. & 29.  
 hinc vel ipsi Judæi Christum seipsum Deum  
 accere rectè colligebant, & propterea tanquam  
 blasphem.

blasphemum ipsum lapidare cogitabant. Vid. v. 31. & 33.

Nec est quod adversarii nobis opponant dictum Salvatoris Joh. XVII. 21. quod etiam M. Nicolai adducit, uti supra notavi, ubi Christus rogat, ut credentes unum sint, sicut Pater in ipso, & ipsi in Patre, ex quo ita colligunt:

Qua ratione credentes unum sunt inter se, eâ ratione Filius cum Patre unum est, quia, per comparationis particulam *καθώς* connectuntur.

At credentes unum sunt inter se, non *omnino* sed *omnino* adfectu & corde Act. IV. 32. Rom. XII. 16.

E. tali ratione etiam unum tantum sunt Pater & Filius.

Verum connexum negatur. Ratio est, Christus in hoc loco in unitate ipsa ejusque generali quadam convenientia instruit comparationem, non verò in unitatis identitate & exactissima æqualitate. Hinc particula *καθώς* h. l. non usurpatur *de pari*, sed *de simili convenientia*. Conferuntur enim fideles inter se invicem cum patre & filio unitate consensus, adfectus voluntatis & cordis, tanquam in comparationis tercio, ut scilicet sint unum voluntate, consensu, quemadmodum Pater & Filius unum

int consensu & voluntate. Inde verò non  
 equitur: E. Pater & Filius tantum consensu &  
 oluntate unum. E. non unum essentia. U-  
 ius enim positio, non est alterius exclusio.

3. Ex hoc loco tale fluit ratiocinium: Si Chri-  
 us est unum cum patre, & quidem non tan-  
 im unitate consensus & potentia, sed etiam  
 nitate essentia, utiq; non tantum possumus,  
 d etiam tenemur, & obligati sumus cum invo-  
 care.

Sed Christus est unum cum patre, non tan-  
 im unitate consensus & potentia, sed etiam  
 nitate essentia.

E. non tantum possumus, sed etiam tene-  
 ur & obligati sumus eum invocare. *Contra mo-  
 o nominatos Socinianos, existimantes, posse qui-  
 em Christum invocari, non autem necessarium  
 esse ut invocetur. Vid. Socin. in Disput. cum  
 rancisco Davidis de Invocatione Christi Smalc.  
 e Divin. Christi c. 24. Ostorod. & Volkel in-  
 stit.*

4. Christus est unum cum Patre. E. eodem  
 modo regit Ecclesiam quò Pater, *contra eosdem,  
 existimantes, Christum esse vicarium DEi in rigi-  
 vine Ecclesie. Vid. Smalc. Exam. 100. Error. n. 25  
 t refut. lib. 2. de Erroribus Arianorum p. 98. r*

5. Quando h. l. Salvator ait: Ego & Pater  
 unum

unum sumus, hoc de *oposita* & unitate es-  
sentia, & quidem secundum solam divinam naturam  
est intelligendum, contra nonnullos, existimantes  
humanam naturam suo modo esse cum Patre &  
Spiritu Sancto unum.

6. Quamvis autem Pater & Filius unum sunt  
essentia, voluntate, sapientia, potentia & ma-  
jestate, tamen non sunt unum numero personarum.  
Nam non una, sed tres dantur divinitatis per-  
sonae, contra Arianos, Sabellianos & Socinianos,  
qui Personas in divinitate confundentes, asserunt  
eundem esse Patrem, qui est Filius, & eundem esse  
Spiritus Sanctum, qui est Pater & Filius. Sed  
hunc errorem notavi part. i. in Eucleatione  
oraculi, i. Joh. V. 7. Ideo audiamus nunc

PATRES ORTHODOXOS,

Hunc locum de unitate essentiae & Trinitate  
Personarum, exponentes.

Cæci sunt, qui non videant Ego & Pater  
duorum esse significationem. SUMMUS namque  
ex unius esse persona, quod pluraliter dictum  
est. Unum sumus, non unus sumus. Si enim  
dixisset, unus sumus potuisset adjuvare sen-  
tentiam illorum. Unus enim singularis na-  
meri significatio videtur. Adhuc quum dicitur  
masculini generis unum dicitur neutrali verbo  
quod non pertinet ad singularitatem, sed ad  
unitatem.

UNITATEM. *Tertull. l. adv. Prax. c. 22. T. 3. 1026. E.*

Observe quod dicit: Hi tres UNUM sunt, non unus, quomodo dictum est: Ego & Pater, unum sumus, ad substantiæ UNITATEM, non ad numeri singularitatem, pertinere. *Idem loc. c. 25. T. 3. p. 1028.*

Sic Filius in Patre & Pater in Filio. Nam patris, qualis ille, & ille qualis hic, atq; in hoc UNUM. Ut juxta proprietates personarum unus & unus, juxta naturæ verò communicationem unum ambo, *Basiliius cap. 18. de Spir. S. Pater & Fil. 2. p. 389.*

Quod dixit UNUM liberat te ab Ario, separante filium à substantia Patris. Quod dixit UNUMUS, liberat te à Sabellio, confundente personam Patris & Filii sine discretionem. Si unum non ergo diversum. Si sumus (non sum) ergo Pater & Filius, *Cyrillus super hunc locum.* Utrumve audi & unum & Sumus, & à Charybdi & Scylla liberaberis. Quod dixit unum, liberat te ab Ario. Quod dixit sumus, liberat te à Sabellio. Si unum, non ergo diversum. Si sumus. Ergo Pater & Filius, *Ita Augustinus in quinto sermone Cyrilli mentem & verba sequens, lib. 6. c. 2. Tom. 3.* Ecce Judæi intellexerunt, quod non intellexerunt Ariani. Ideo enim irati sunt, quoniã

leser-



senferant non posse dici: Ego & Pater unus  
sumus, nisi ubi æqualitas est Patris & Filii, *Iden*  
*Tract. 48. in Job. T. 9. col. 355. D.*

Philippe! Wie ist doch dein Wunsch  
so hoch und schwer?

Du willst den Vater sehen in seiner  
Macht und Ehr.

Philippe! Wer mich kennt nach meinem  
Ampt und Wesen/

Der kennt den Vater auch / hat genug und ist  
genesen.

Ex Marc. XVI. 19.

*Ascendens Christus cælum mundana relinquit.*  
*Si vis cum Christo scandere lingue solum!*

## ORACULUM SACRUM XXXI.

*Col. III. 1. & 2.*

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Ἐὶ ἂν συνήγαγετε τὰ χεῖρά, τὰ ἄνω  
ῥέετε, ὁ χεῖρὸς ἐστὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ Ἰησοῦ καὶ ἰμῶν  
τὰ ἄνω φερεῖτε, μὴ ἐν τῆς γῆς.